



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 76. In qua jurisdictione & in quibus succedat Episcopo Capitulum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

num exinde etiam dicendum Vicarius Episcopi, dixi q. 448. Idem esse de Capitulo vacantis Ecclesie non cathedralis, omnimodè tamen exemptæ. Item de Capitulo Ecclesie collegiatæ, quæ est titulus Cardinalis, eo defuncto, dixi q. 449. § q. 450. An verò sic etiam transeat iurisdictionis ad Capitulum Ecclesie collegiatæ alterius non exemptæ vacantis, saltem, dum ejus Præpositus vel Decanus habeat iurisdictionem annexam suæ dignitati in ea ecclesia & capellis annexis, & in ejus clericos privativè seu excluso Episcopo, controvertunt AA. utriusque partis sententias unà cum rationibus retuli. q. 451. Non transire iurisdictionem ad Capitulum ecclesie regularis non exemptæ, Prælatum vacante, sed ad Episcopum, cui subjecta, & quod, si hic administratorem nullum constituat, posse Priorem vel Seniores tantisper gubernare alios eisque præcipere, etiam iurisdictionem propriè non exerceat, dixi. q. 453. ut nec ea transit ad Capitulum, Episcopo vel Prælato alio exempto excommunicato, suspensio, sed recurrendum ad Papam, qui providebit interea de administratore, Episcopo tamen lapsio in hæresin devolvitur ea ad Capitulum, utpote Sede tunc, non interpretativè, sed verè vacante. ut dixi. q. 454.

Quest. 76. In qua iurisdictione, & in quibus succedat vel non succedat Episcopo Capitulum?

I. Resp. Ad primum: Capitulum succedit Episcopo in iurisdictione tam temporalis, quam spirituali eaque tota, exceptis iis, quæ jus commune excipit, aut Papa specialiter interdicit, ut dixi, q. 456. § q. 457. An verò succedat ei in iurisdictione tam contentiosa seu necessaria, quam in voluntaria seu gratiosa, controvertunt AA. quorum sententias retuli. q. 458.

2. Resp. Ad secundum: non succedit in iis, quæ Episcopo iure speciali competunt, etiam aliàs sine iurisdictionis; limitantibus tamen id aliis. q. 459. Contrarium est, seu succedit in iurisdictione, quæ ex consuetudine competit Episcopo ut Episcopo; uti & in iis, quæ ex privilegio in perpetuum concessio competunt Episcopo. q. 460. An & qualiter succedat in iurisdictione delegata, diversimodè & confusè satis explicant AA. de quo vide me. q. 461. In eo melius conveniunt, quod non succedat Episcopo in iis, quæ competunt seu concessa sunt Episcopo alterivè Prælato speciali iure ratione dignitatis; uti nec quo ad facultatem interveniendi alicui alteri, aut præbendi de necessitate consilii, Ego. q. 462. § q. 463. Neque in iurisdictione, quam Episcopus simul cum alio distincto à Capitulo exercebat. q. 464. Illud indubitatum, quod non succedat in iis, quæ sunt Ordinis Episcopalis; quamvis ea committere possit alteri seu exercere per alium q. 466. Non succedit in emolumentis provenientius ex iurisdictione, sed ea reservantur Episcopo successori. De quibus tamen emolumentis id intelligendum, vide q. 465.

Quest. 77. An & qualiter Capitulum condere possit statuta?

Resp. Capitulum Sede vacante majore pollens potestate quam Vicarius Episcopi, ut dixi

q. 470. cum Laym. in c. cum generali. de off. Vicar. in 6. Sbroz. & aliis, potest condere statuta, non tantum de rebus pertinentibus ad Capitulum. V. g. qualiter congregari debeat, vel distributiones dividi, ut Barbos. juris. eccles. l. 1. c. 32. num. 7. &c. cum etiam Sede plena absque consensu Episcopi id possit. Pignatel. Tom. 10. conf. 138. à num. 16. Castrop. tr. 7. d. 1. p. 23. num. 26. Ego. cit. q. 470. Sed etiam tanquam successor Episcopi super competentibus Episcopo ratione iurisdictionis (non tamen in competentibus illi iure speciali) & omnibus pertinentibus ad gubernationem Ecclesie, & cultum divinum promovendum; item obligantia totam diæcesin, quæque de se sint perpetua & duratura etiam accedente Episcopo novo; quamvis is ea pro libitu, non secus, ac aliorum suorum prædecessorum statuta revocare possit. Ea tamen, quæ tangunt totum statum ecclesie, vel sunt de rebus arduis, sicut aliàs Sede plena sine consensu Episcopi, sic etiam Sede vacante Capitulum videretur non posse decernere. Potest insuper juxta dicta à me. q. 471. Capitulum statutorum suorum transgressores punire, utpote quod necessarium est ad legis seu statuti executionem.

Quest. 78. An possit de delictis inquirere, ea cognoscere & punire?

Resp. Potest Capitulum Sede vacante, etiam extra visitationem de delictis contra certas personas inquirere (etiam syndicando tam suos, quam defuncti Episcopi Officiales, ut dixi. q. 473. etiam cognoscere de causis suspicionum propositis contra suum Vicarium, ut dicitur. q. 474.) item cognoscere aliorum causas judiciales, etiam criminales. et in specie de crimine hæresis, procedere contra hæreticos non exemptos. Punire crimina & excessus, etiam devenire ad degradationem clerici verbalem; non tamen ad actuale & solennem. Quin & cum secularibus ad pœnam capitis, ubi hæc suprema iurisdictionis annexa Episcopatu. q. 475.

Quest. 79. An possit ferre censuras, & ab iis aliisque casibus absolvere?

Resp. Ferre censuras, & nominatim excommunicare quatenus id poterat Episcopus, suspendere ab officio & beneficio (non tamen juxta aliquos suspensione perpetua aut diurna) & interdicare potest Capitulum. q. 473. Potest etiam absolvere ab excommunicatione ceterisque censuris, ubi id poterat Episcopus. q. 476. item ut dicitur. q. 477. absolvere in foro conscientie à quibus cunque casibus occultis Papæ reservatis, & in specie ab hæresi, & consequenter à reservatis Episcopo.

Quest. 80. An & in quibus casibus dispensare possit, vel etiam aggravare, & indulgentias concedere?

I. Resp. Ad primum: dispensare potest in irregularitatibus, & in casibus omnibus, in quibus poterat Episcopus, & consequenter in votis, juramentis, cum illegitimis ad Ordinis minores & beneficium simplex q. 478. § 479. Qualiter verò